

www.e-rara.ch

Explanatio Vetervm Sanctorum Patrum

Oecumenius

Venetiis, M D LVI

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137749>

Eiusdem Chrysostomi in acta apostolorum præfatio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EIVSDEM CHRYSOSTOMI.

in acta Apostolorum prefatio.



Ultis neq; q̄s sit liber is, neq; q̄s eū
 scripserit ac cōposuerit, satis notū
 ē. iccirco ego in hoc p̄cipue neces
 sario mihi icūbendū cē sui, ut igno
 rātes monerē, & nō cōmitterem ut tantus the
 saurus lateret, atq; occultus iaceret. Tāta enim
 philosophia, & dogmatum rectitudine, eorum
 maxime quę de spiritu dicta sunt, est refertus,
 ut non minorem q̄ euangeliā nobis afferre uti
 litatem possit. Ne igitur ipsum negligenter p̄g
 tercamus, sed studiose atq; accurate perpenda
 mus. Hic enim uidere licet ea quę in euangelijs
 p̄dixit Christus, re ipsa euenisse, ut in rebus
 ipsis lucentem iam ueritatē conspiciamus. Hic
 multam discipulorum in melius mutationē ex
 spiritu effectam animaduertere possumus. Au
 diuerant quippe à Christo dicente, unusquisq;
 qui in me credit, signa quę ego facio, etiam ip
 se faciet, & maiora his faciet. Audiuerāt, cum
 p̄diceret, ad principes & reges deducendos ip
 sos esse, & in synagogis illorum esse flagellan
 dos, innumerabilia passuros, atq; omnia demū
 superaturos, in totoq; mundo euangelium esse
 p̄dicandum. Quę sanē omnia uera euasisse
 hoc in libro intueri unusquisq; potest. necnon
 plura alia, quę cum discipulis uersans Christus
 p̄nūciauit. Ipsos uero Apostolos per mare ac
 terram tanq; aues transuolando hic percurrere
 uidebis, & timidos illos atq; imprudentes ali

Ioā. 14. b.

Matth. 10. b
& c.

Ioā. 16. g.

Matth. 24. a
& b.

quando, repente alios fuisse effectos, ut & diuitiarum superbia, & gloria, & ira, & cupiditate & omnibus huiusmodi sublimiores euaserint. Nullam in his uel inuidiam ut prius, uel principatus cupiditatem animaduertes, sed maximam in omnibus concordiam, atque omnem denique uirtutem absolutam ac perfectam, charitatemque in primis fulgentem in ipsis admiraberis: de qua multa sepe ipsis preceperat magister, cum diceret, in hoc cognoscent omnes uos meos esse discipulos, si mutua uos charitate fueritis prosequuti. Adde quod dogmata etiam quae in inuenire hic possumus, quae nisi hic extaret liber, nemini aliunde ita innotescerent: sed salutis nostrae summa quantum ad uitam & decreta spectaret, obscura esset, atque occultaretur. Quod autem maiorem partem huiusce libri Pauli gesta qui supra omnes alios maxime laborauit, sibi uendicant, illud in causa est, quod qui librum hunc composuit beatus Lucas, discipulus ipsius fuit. Cuius quidem Lucae uirtutem cum multis alijs ex rebus, tum praecipue ex eo conspicere ualemus, quod magistro semper adhaeserit, sequutusque semper eum fuerit. Nam quando etiam omnes ipsum deseruerant, alius in Galatiam, alius in Dalmatiam profectus, quid de ipso dicat Paulus, audi: Lucas est, inquit, solus mecum, & ad Corinthios scribens de ipso ita loquitur: cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias. & cum inquit, Ceterum apparuit, deinde undecim iuxta euangelium quod accepistis, de hoc loquitur. Quare si quis tractationem hanc ipsi attribueret, cum ipsi di-

Ioã. 13. d

1. Timo. 4. b

2. Cor. 8. c

1. Cor. 15. a

co, dico Christo: non erraturus esse uideretur.
 Sed cur, dicit quispiā, si semper cum ipso fuit,
 non omnia usq; ad finem descripsit: responden-
 dum illud est: ihs qui diligentia adhibere uolue-
 rint, hec sufficere: ipsosq; ihs q̄ necessaria erant,
 attēdisse, neq; libris conscribēdis studuisse, cū
 multas etiam sine scriptis traditiones relinque-
 rēt. Oīa igitur quę hoc in libro cōscripta sunt,
 digna quidem sunt admiratione, sed illud tamē
 præcipue, quod Apostoli sese ad audientium ca-
 ptum consensione quadā usi demittūt: id quod
 spiritus eis suggessit, quo in dispensationis ser-
 mone & prædicatione immorarentur. Vnde cū
 multa de Christo loquuti fuerint, pauca de eius
 diuinitate, de humanitate uero & passione &
 resurrectione, & assensione pleraq; diserue-
 runt. Quod enim tunc requirebatur, erat, ut
 resurrexisse & ascendisse in cœlos crederetur.
 Proinde sicut Christus præcipue atq; ante om-
 nia se a patre uenisse studebat ostendere: ita hic
 præcipue dat operā, ut resurrexisse Christum,
 assumptumq; fuisse, atq; ad eum redisse à quo
 uenerat, declaret. Nisi enim hoc prius creditū
 fuisset, maiorq; aliqua resurrectionis & assump-
 tionis confirmatio accessisset, totū dogma nō
 credēdum Iudæis apparuisset. Iccirco sentim ac
 paulatim ad altiora ipsos prouehit. Athenis ue-
 ro etiam hominem Christum appellat Paulus,
 neq; quicq; aliud adiungit. Nam si Christū ip-
 sum de equalitate quam cum patre habebat, dif-
 ferentem lapidare se penumero conati sunt, &
 maledicum propterea uocabāt: sero profecto à

Act. 17. g

Ioā. 10. f

Matth. 26. f

piscatoribus idē admisiissent: presertim cum iā crucis opprobriū precessisset. Sed qd Iudgos dico: cum ēt ipsi discipuli tunc sublimiora dogmata audiendo sepe turbarentur, ac scandalo afficerentur: unde ipsis ēt dicebat: multa habeo uobis dicere, sed gestare ea non potestis. Quod si illi qui tādū cum eo uersati fuerant, qui tot arcanorum facti fuerant participes, qui tot miracula conspexerant, percipere ea non pōterant: quomodo homines ab aris & idolis, & uictimis, & felibus, et crocodilis, talia .n. erant quę à grecis colebantur, atq; aliis huiusmodi auulsi repente ita sublimes dogmatum sermones admisiissent? Quomodo iudgi, quorum aures per singulos dies huiusmodi monitionibus personant. Dñs Deus tuus, Dñs unus est, & preter ipsum non est altus: qd ipsum cruci affixū inspexerunt, imo etiā cruci ipsi affixerunt, & sepelierunt, & non uiderunt resurrexisse: si Deū ipsum illum esse, et patri equalē audiuisent, nō maxime omnium refugissent, seque ab aliorū consortio abruptissent? Propterea sensim ac paulatim ipsos hos peruehunt, multūq; hac consensionis dispensatiōe utuntur: abundantiorē ēt spiritus gratiā consequuntur, maioraq; q̄ ipse fecerit, in nomine ipsius operantur: ut utroq; hoc modo eos humiliacentes excitarent, et resurrectionis p̄dicationē cōfirmarent. Hic .n. liber resurrectionis p̄cipue demonstratio est: qua credita cetera apte progrediuntur. Atq; huiusce quidē libri argumentum, ac totus scopus, sicut summatim colligere quispiam posset, huiusmodi est,

Ioā. 6. f.

Ioā. 16. c.

Deut. 4. f.

Deut. 6. 2

Act. 5. c.

Act. 19. b.